

Excerpta Epistola Patris Joannis de Brébeuf ad
Reverendissimum Patrem Mutium Vitel-
leschi, Præpositum Generalem
Societatis Jesu, Romæ.

QUOAD nostros qui apud hurones degunt magna pax et unio inter eos viget. . . . Disciplina religiosa non solum ut in magnis collegiis profecto observatur, augetur q. in dies reguliarum omnium exacta custodia.

Nostri etiam domestici omnes ad perfectionem pro viribus contendunt, maxime vero qui se socios dederunt. Cæterum quod ad id genus hōum omnino hisce in regionibus non solum utile sed necessarium

habemus apud hurones ecclesiam 60 circiter capitibus constantem et quorum virtute et fervore magnam consolationem accipimus. crescit autem paulatim numerus, et perget, ut speramus, in dies si modo constantes fuerimus.

Præterea major quotidie campus sese aperit in quo excurrat nostrorum zelus et industria. Duas hoc anno de novo instituimus missiones unam ad eos Algonquinos quos Nipissirini nominamus quorum ingenia satis . . . videntur: alteram ad eam nationem quam Neutram vocamus in qua magna est